

communiter per notarios, proyt continetur in huiusmodi instrumentis, quia certiores sunt de huiusmodi remedio restitutionis in integrum sibi cooperati, & ei renunciat cum iuramento. Si tamen hoc forsitan omittatur, si quis erit contractus nihilominus, & iuramenta puberum, si sponte facta sint, inuolubiliter custodiantur, ut probat noster textus unde non est necessarium examinare, quod las. examinat in d. si. i. dem Juliamus, n. 19. scilicet, an credatur tabellioni dicenti se certiorasse minorem de hoc beneficio sibi competenti. Et cum his meo iudicio recte & clare remanet examinatus & dilucidatus articulus hic dubius, in quo Dd. nimis varii sunt.

Nec obstat fundamentum contrariae partis, scilicet, quod iuramentum & renuntiatio non extenditur ad incogitata tempore renuntiationis, quia ex his, quae in fauorem huius secundae magis communis opinionis, adduximus, patet responsum, scilicet quod quotiescumque minor, quia minor est, iurat non contrahere contractum, saltem in genere cogit de remedio competenti minoribus, proyt est beneficium restitutionis in integrum, & ei videtur renuntiare, cum huiusmodi ius comprehendatur sub facto iurato. Explicite est articulus hic. Laus Deo.

117 Vterius prosequendo materiam hanc est aduertendum, quod licet gloss. Cyn. & alii in praesenti dicant & teneant, quod textus hic & similes non habeant locum nec procedant in impubere, etiam proximo pubertati & doli capaci, & non desunt, qui hanc opinionem dicant communem, inter quos est Couar. in cap. quamuis partum, 3. part. 5. n. 3. de part. in 6. ubi alios refert, & teneant alij relati per Dd. infra allegandos in 2. opinione id fundantes ex tex. in praesenti, dum ad validitatem contractuum iuratorum requirit, quod sint facta & emissa iuramenta a puberibus, item etiam eam probant ex ll. Regis superius adductis, quae quidem omnes loquuntur in superibus iurantibus.

Vterior tamen communis & magis communis & tenenda in iudicando & consulendo opinio est quod rex. hic & similes procedant etiam in impuberibus, proximis pubertati & doli capaces, maxime attentio iure canonico, cui est standum in materia iuramenti, tanquam concernenti periculum & peccatum, argument. c. si tibi notari gl. & Doctores de praescript. quae etiam opinio probatur in ca. quamuis partum, de part. in 6. & in c. ex literis, in 6. de sponsalib. atque ita hac opinionem tenet idem gloss. Abb. & alij doctores, item Bart. restatus eam communem esse in praesenti, & Salycet. & Paul. de Cast. sequitur etiam plures allegans & dicens, quod ita fuit vocatum in toto conf. Neapolit. quod hac opinio Bartol. & Canonistarum sit obseruanda, Mathaeus de Afflid. decis. 322. n. 3. & sequentibus, sequitur etiam & restatur communiorem & vteriore Gregorius Lop. in d. l. 6. part. titul. final. part. 6. in gl. Mayor de catorze annos, dicit communem, & quod ab ea non est recedendum in iudicando & consulendo, licet in puncto iuris dicat eam falsam Gomez 2. tom. var. c. de restitut. minoru. nu. 18. refert alios eandem opinionem tenentes Couar. ubi supra, & ultra supradictos, articulum hunc latissime omnium examinat pro & contra Curt. Iunior in praesenti, nu. 45. & pluribus sequentibus, qui n. 73. testatur, hanc secundam opinionem communem esse, & n. 85. inquit, quod dum esset recedere in iudicando ab ista vltima opinione favore animae Eandem etiam opinionem tenet a nemine allegatus Imbertus de Bouenco, Doctor antiquus in suo tractatu, quem fecit super hanc anth. n. 9. ubi bene considerat, maiorem fauorem versari in eo, quod hoc casu iuramentum adimpleatur, quia rescipit animam, quam ut non seruetur propter beneficium minoris æ-

tatis, quod est fauorabile solum personae minoris, non animae ipsius, & ita consulo tenendam esse hanc secundam opinionem, tanquam magis comunem & vteriore, & attento iure canonico, & securiore animae, & quia apud hos Dd. possunt latius videri fundamenta pro & contra, & eorum responiones, amplius super hoc non in istam duas comunem opiniones suprad. refert Ant. Gabr. l. 2. com. opin. conclus. 5. de minor. n. 39. pag. 113. & vltimo loco refert hanc tenendam, & iterum referuntur in 1. tom. com. op. lib. 9. q. 11. de iuram. pag. 619.

118 Praeterea, text. in praesenti procedit, nedum in contractibus, in quibus loquitur, sed etiam in quasi contractibus, nam procedit in donatione & stipulatione puberum, cum haec appellentur quandoque contractus ut in l. si donatione, in principio, C. quod met. caus. & in l. si quis emittens, in princip. C. de praescrip. 30. vel 40. annorum, cum similibus, atque ita hanc opinionem tenet gloss. in praesenti, verb. contractibus, ubi nos contra, & sequitur Bart. hic & las. in l. 1. n. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & licet Ang. ib. n. 5. & Curt. Iun. n. 4. & Petr. & Cyn. hic teneat contrarium. n. opinionem gloss. testatur comunem, alios refert Curt. Iun. hic n. 13. qui est videndus a n. 127. & est etiam videndus super hoc Tiraq. post leges conubiales. gl. 3. n. 156 & hac opinio probatur in ca. praesenti, de probationibus, qui est textus expressus in verb. praeterea, & ita tenet Imbert. de Bouenco. in praesenti, n. 15. & Mench. plures allegans, loques in donatione l. 1. controuers. vsus seq. c. 12. n. 2. est magis magis comunis opinio, secun. Mari. Soc. Iun. conf. 79. n. 5. li. 2. addit, qd in donatione, cu in sola volutate consistat, & ad aliquod no correspondens fit, no cadit consideratio, vt in ea quis dicatur enormiter vel alio modo laesus, vt cum Bart. Bertrand. tradit idem Mari. Soc. Iun. conf. 47. n. 31. ubi limitat, quando alio respectu daretur lesio, scilicet, propter fragilitatem aetatis, & quia filius minor donauit, vt patri obediret cui ta iuuenis no auit contradicere, quia tuc ob graue damnū praesumit dolo patris, & ita potest suspicari de dolo & fraude, sicut in contractibus, respectibus, ac proinde, agi ad rescissionem donationis vel cessio- nis, etiam iurata, & quod donatio sep renuntiatio gratuita ex causa enormissimae lesionis no rescindatur, tenet alios, allegans nouissime, post huius operis prima editione D. Molin. de primog. Hisp. li. 2. c. 3. n. 10. & n. 32. loquitur in nostris propriis terminis donationis iuratae a minore, vt sic sit intelligendum, quod minor aduersus eam non restituatur pro praed. enormissimae lesionis si minor consulte ac in causa iusta ac honesta, sibiq; alioqui vilem id fecit, secus si hoc deficiat, vt n. 33. cu aliis probat. Estque communis, & secundum eam resoluunt Senatus Pedem. vt nos hoc in loco, aliosq; referens testatur nouissime post huius operis secundae editionem Anton. Theff. decis. 66. n. 1. cu sequentibus, & comuniter recepta plurimos allegans & late probans, respondens contrariis profertur nouissime Ioan. Vincent. Hódede conf. 42. n. 9. cu sequentibus, ubi etiam, quod huiusmodi donatio a minore facta cu iuramento, non rescinditur praetextu enormissimae lesionis, & quod ita fuit pnuntiatiam. Et quod donatio, etiam iurata, in qua dolo praesumitur, no valeat vel firmetur iuramento, licet ipsu sit relaxandum, vt in donatione facta minore viginti quinque annis suo curatori, optime tenet & probat Rip. respons. 4. de donat. alias 138. in ordin. per totum, & inquit Celsus conf. 117. nu. 31. posse attentari, quod iuramentum non confirmet donationem minoris, licet iurata teneatur iuramentum seruare, sed regulariter tenenda est supradicta comunis opinio, qd limitat Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 39. in donatione adferente enorme praedictum minori, hoc tamen solum, si alia causa non subest, minime infringit praedictam donationem, iurata; vt ex supra

supradictis constat, verius tamen videtur, quod idem Alciat. ibid. nu. 29. putat asserens, ita nuper in facto consultum respondisse, scilicet, quod si impubes faceret donationem omnium bonorum valde sibi praedictalem, iuramentum hoc casu non obligare, loquitur in praedictis Alciat. in impubere seu pupillo doli capace. Ita dicta comunis opinio procedit in pura & simplici donatione, secus in donatione ob causam, in qua contingit enormissima lesio vt in renuntiatione opulentissime hereditatis medico facta: Ita Decius conf. 80. nu. 3. & sequ. Curtius Iun. cap. 141. per totum.

119 Qui Imbertus de Bouenco in praesenti, nu. 16. infert, idem esse in fideiussione minoris iuramento ipsius vallata pro alijs intercedentis.

Quod profecto est mirabile, si bene consideretur, vt donatio rei immobilis facta per minorem viginti quinque annis, licet maiorem quatuordecim confirmetur iuramento ipsius; Na plus roboris praestat hoc casu iuramentum minoris donationi huiusmodi, qd venditione rei immobilis ipsius minoris, vel alteri contractui oneroso, quia quod iuramentum confirmet contractum & alienationem rei immobilis minoris factam sine decreto Praetoris, non mirum est, quoniam iuramentum hoc casu aequiparatur decreto praetoris, quo interveniente, possunt res immobiles minorum alienari, vt in Rub. & per tot. C. de praed. & al. reb. minor. sine decret. non alien. vel oblig. & per tot. ff. de reb. eorum, & c. Quod quidem iuramentum alias maiorem vim habet, quam res iudicata, vt in l. secund. ff. de iuramentis, at vero, quod iuramentum confirmet donationem minoris, hoc est, adulti, mirabile est atque maxime habendum.

120 Cum donationes a puberibus non possint neque decreto celebrari, nisi certis quibusdam casibus, vt probat text. in l. si in vers. cum autem, C. si maior factus alien. facti sine decret. ratam hab. & ibi gloss. in verb. celebrari, possint, & Celsus d. conf. 117. n. 1. sic multo magis operatur hoc casu iuramentum, quam in alienatione & datur ex hoc maxime extensio ad textum nostrum loquentem in contractibus, vt procedat etiam in donatione.

121 Quod patet a alia ratione ex tex. in d. l. si. nam ibidem probatur, quod licet alienatio rei immobilis minoris facta absq; decreto roboretur, si minori maior factus per quinquennium post completum 25. annum aetatis suae tacuerit, & nihil conquestus si super tali alienatione, ita quod amplius per ipsu vel ipsius heredes non possit retractari, in donatione tamen minoris secus est, quia requiritur silentium 10 ann. super dicta legitima aetate, ergo magis confirmat & supplet iuramentum minoris in donatione, quam in alienatione titulo oneroso, quod profecto est notandum & menti tenendum, vnde forsitan hac ratione motus & alijs quas exprimit Cyn. hic in 12. q. tenet contra supradictam comunem opinionem, sed comunis est tenenda, & eam bene defendit ab argumentis & rationibus contra eam adductis Curt. Iun. ubi supra.

122 Vnde infero qd idem a fortiori esse in transactione facta a minore super rei immobili, sine auctoritate curatoris; Na interveniente iuramento ipsius minoris, firma quidem remanebit, ita vt nec beneficio restitutionis rescindi possit ex his, quae supr. sunt in q. proxime examinata de donatione; Na si donatio confirmatur, quae est gratuita, a fortiori confirmabitur transactio, quae non procedit, nisi aliquo dato vel revento, vt in l. transactio, cum vulg. C. de transa.

123 Praecipue, cum haec opinio faueat animae, a quo casu etiam lex correctorea exorbitans, & penaliter ex idem ratione extenditur, vt concludit comunem o-

pinionem esse Curt. Iun. hic, nu. 130. & 133 & ita in terminis transactionis tenet Bal. in d. l. si donat. & idem in l. si maior, C. de dolo, refert & sequitur Curt. hic, num. 12. & tenet ante eos Imbertus hic, n. 25. & ita est tenendum, & sit quotidie, quia donationes & transactiones & alij quicunq; contractus minorum iustantur, & datur ex hoc maxima limitatio ad ritul. vbi C. si aduers. transact. vt non procedat, quando minor iurauerit transactionem per supradicta.

Vnde inferitur, quod cum compromissum sit quaedam transactio, vt in l. non distinguemus, q. Iulianus ff. de arbit. & ibi Dd. valebit compromissum factum a minore 25. ann. sine curatoris auctoritate, & etiam absque decreto praetoris, si iuratum sit, cum tamen alias sine iuramento non valerent, si fieret super re immobili, licet super re mobili valeat sine iuramento & absque decreto, vt tradit plures allegans Ant. Gom. C. de restit. minor. num. 15.

Et ultra, eum idem probat ex gl. in l. 1. c. si aduers. transact. gl. si in princ. quae tenet, quod transactio super re, quae potest alienari sine decreto, valet cum tutoris auctoritate, & ibi eam sequuntur Bar. Bald. & Salycet. & ceteri omnes, & inquit ibi Bald. quod illud, quod dicit glossa in transactione, procedit etiam in compromisso.

Verum est, quod eo casu, quo valet compromissum absq; decreto & iuramento, si minor ex eo laedatur, potest restitui, vt tenet Antonius Gomez d. c. de restit. minor. n. 1. in si & quod arbitrium & arbitramentum minorum irrevocabiter iuramento confirmetur, tenet Imbertus hic, nu. 15.

Item decisio nostra authentica procedit etiam in iudicijs, quia in eis quasi contrahitur, vt in l. 3. si de scribit. ff. de pecul. & valet argumentum de contractibus ad iudicia, vt in l. omnem ff. de iudic. & in l. non est mirum, ff. de pignor. actio. Neque obstat, quod text. noster requirat, quod iuramenta sint spontanea, & iudicia reddantur in iuramentum, vt in l. inter stipulantem, § si Styebum, ff. de verb. obl. Quis respondeo, quod licet iudicia reddantur in iuramentum, at tamen iuramentum sponte praestatur, & ita hanc opinionem, quod text. hic habeat locum in iudicijs, licet non respondeat difficultati text. in d. si Styebum, tenet gloss. in praesenti, verb. contractibus, in vers. item qui in iudicio, & eam sequitur Imbertus in praesenti, n. 23. & 24. contra Cyn. & sequitur etiam Bar. hic & idem Bar. in l. min. 25. annis ommissam allegationem, ff. de minor. & sequuntur scribentes hic, & est comunis opinio secundum Curt. Iun. hic, nu. 148. & restatur etiam communem cum las. hic, n. 76. Petrus Nunnez Auend. in respons. q. nu. 4. ubi hoc exemplificat, quotiescunq; minor constituit procuratorem ad iudiciu & promisit & iuravit se habere ratu, & no cotrauenturum instantie neq; his, quae per procuratorem gesta fuerint, na hoc casu processus gestus cum procuratore minoris hoc modo constituto valebit, & non dabitur minori restitutio, vt tenet Bart. in d. l. min. 25. ann. ommissam allegationem, quam etiam opinionem sequitur Marant. de ord. iud. 6. p. princ. c. de appell. nu. 92. fol. 568. licet Bal. in l. vnic. nu. 26. C. de confis. teneat contra gloss. hanc, & contra furadista.

Et an idem sit in muliere litigante in iudicio per procuratorem cu iuramento constitutum videndus est Marant. ubi supra, nu. 94. & sequentibus. Ex quibus omnibus infero elegantem declarationem & optimum intellectum & limitationem ad tex. in l. clarum, C. de aut. pref. cui consonat l. 11. tit. 2. par. 1. & ad tex. in l. non ideo minus, C. de procur. & ad tot. tit. C. de his qui legitime personam non habent standi in iudic. cum similib. quibus iuris probatur, quod minori litigaturo debet prouideri curator ad litem, & quod alias iudicium,

& acta causae facta contra minorem indefensum sint ipso iure nulla, vt illa iura minime procedant, quotiescunq; minor promissit & iurauit se no contraven- turum iudicio, neq; sententia ferenda, neque alicui actui iudiciali ratione minoris aetatis, neq; alia qua- cunq; ratione; Na hoc casu valebit quidem optimo iure processus, iudicium & sententia etiam contra mino- rem indefensum, quod pater ex suprad. & erit cautela, vt aduersarius litigans cum minore, hoc agat cum eo, scilicet vt praestet huiusmodi iuramentum; & ita di- cit esse intelligendam gl. nostram in praesenti, quae ampliat nostrum textum, vt procedat etiam in iudicijs Auend. vbi s. & hanc cautelam testatur communem Curt. lun. in praesenti, n. 149. dicens, procedere hoc sine scrupulo, si iudex & aduersarius, seu tabellio publica persona reciperent istud iuramentum nomine om- nium, quorum interesse posset, secundum Cyn. & Sa- lyc. hic. Sed inquit Cynus in principio huius authen- ticae, quod authentica haec multas animas deducit ad inferos, illorum, scilicet qui inducunt minores ad iuran- dum, vt excludatur a remedio restitutionis in integrum, sibi competenti. Ego idem dico quod dixi in princ. huius repet. circa hoc dictum Cyn. quod ibi retuli.

Hanc communem limitat Paul. de Castr. in praesent. in repet. vt procedat, quotiescunq; minor iurauerit spe- cialiter super aliquo actu iudiciali, secus si iuraret in principio iudicij generaliter de seruando totu iudi- cium, sed de hac limitat. Paul. dubitat Cur. lun. hic n. 150. qui est videndus, & merito. Quia iuramentum minoris generale, quo affirmat, se nunquam contra- uenturum alicui contractui, quae fecerit, valet & te- net quando sit in praesentia tabellionis, recipiens illud nomine omnium, quorum interest, & hoc casu minor restitui non potest, vt testatur communem esse hanc op- inionem Ias. nu. 76. licet Imbert. hic nu. 17. & se 99. late in hoc distinguat, & propterea bene dubitauit Cur. lun. de d. limitatione Paul. Na si tabellio vel iudex p- dicit iuramentum minoris litigantis recipiat nomine eorum, quorum interest, sine dubio valebit, etiam si sit generale, & minor non restituatur etiam indefensus, quod probatur ex dicta communi opinione Ias. & hoc est sine scrupulo, secundum Curt. vbi s. nam dato, quod limitatio Paul. fuisset vera, procederet, quando nullus reciperet praed. iuramentum nomine eorum, quorum interest, alias secus, vnde cum hodie iure Reg. l. z. tit. 16. lib. 5. non ordin. Recop. Regia non requiratur praesentia partis, cui aliquid promittitur, sed in absentia ei acquiratur, maxime in iuramento de iure canonico, vt in capit. quoties cordi, prim. quest. 7. opinio Paul. nullo modo potest procedere, & communis opinio super procedit indistincte, siue tabellio recipiat iuramen- tum siue non, & ita sentit Imbertus hic, nu. 21. qui est videndus a nu. 19.

Vltimo t ex supradictis infertur ad limitationem communis opinionis, quae habet; Quod si minor etiam auctoritate sui tutoris vel curatoris cofessus est in iudicio delictum, de quo non constat per probatio- nem aliam, quam per solam suam confessionem, & eo ipso censetur laesus, & potest in integrum restitui, non constituto aliter de lesione. Hec opinio fuit origi- naliter Ang. de Perusio per tex. ibi in l. certum, §. in pu- pillo, vers. minorem, ff. de confess. quam opinionem plures allegans & late examinans, dicit communem Ant. Gomez in 3. tom. c. 1. de delict. nu. 66. licet ipse cum alijs, quos refert, teneat contrarium; sed communem opi- nionem tenet Did. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinarum. col. 872. tenet & dicit communem Didac. Pere. in leg. 9. tit. 11. libro 3. Ordinarum. col. 1170. sequitur etiam infinitos auctores referens eam sequutus Antonius de Padill. in l. error, num. 29. C. de iur. & fact. ignor. vbi num. 34. ref-

pondet dupliciter l. 4. tit. 19. par. 6. quae videtur pro- bare contrarium, vbi Greg. Lop. est etiam videndus, & secundum hanc communem opinionem iam ipse iudicauit.

Nam haec communis opinio intelligenda & limi- tanda est, praeterquam si minor ipse iurauerit hanc co- fessionem; Nam hoc casu etiam si de delicto aliter no constat, quae per suam solam confessionem non com- petit sibi restitutio aduersus eam ratione sui iura- menti. Per tex. hunc ita expresse tenet Io. Fab. in d. l. clar. col. 2. vers. si tamen consistatur, C. de aucto. praesent. quem sequitur Padill. vbi supra, nu. 30.

Sed meo iudicio (salua pace tanti viri, qui forte alijs melioribus iudicijs placebit) contrarium est ve- rius, imo quod hoc casu detur restitutio huic mino- ri aduersus suam confessionem, etiam iuratum; Nam alias illa solacia redderetur praecedens communis opi- nio, quod nunquam aut raro eueniat, quod minor dicat suam confessionem in iudicio absque iura- mento: & ita hanc opinionem tenuit prius Anton. Gom. vbi supra, & Auend. in 4. respons. num. 6. idem in respons. 11. nu. 6. vbi refert alios ita tenentes, qui bene inspecti reuera id non tenent, sed nihilominus existi- mato veriorem & tenendam hanc opinionem se- cundam.

Non obstat textus noster in praesent. cum similib. quia procedunt, quoties praestitum est iuramentum de fu- turo, & sic de non contraveniendo, secus tamen est, quando praestitum est iuramentum de praeterito, vel de praesenti, scilicet, quod res sic se habet, vel positionem esse veram, quo casu, lesione probata, non impeditur minor petere restitutionem; Ita expresse intelligit & declarat nostrum tex. Bart. in consil. 101. incip. Girardus, in fin. in vers. super text. num. 10. licet de eius dicto dubi- tent valde in praesenti Ias. nu. 77. & Cur. lun. nu. 149. & 150. sed id videtur sequi Boer. decis. 92. num. 5. cum Gerald. quem refert.

Ideo t secundo respondeo, quod hic procedit & lo- quitur in ciuilib. secus vero est in criminalib. in co- fessione minoris iurata, qui no iurat, se non contraue- turum, atq; ideo merito poterit petere restitutionem in integrum probata lesione, quae censetur probata eo ipso, quo de delicto non constat aliter, quam per eam, iuxta supradictam communem opinionem. Et his duobus modis respondet Ant. Gom. vbi supra.

Ex qua t secunda solutione infertur, quod etiam in criminalibus, quando minor iurat se non contraven- turum, vt puta quando minor, qui aliquo de delicto accusauit, ei remittit delictum, vel iniuriam, & iurauit se non contraueturum ratione minoris aetatis, nec alia quacunq; valebit quidem talis remissio cum iuramen- to facta, etiam sine licentia & auctoritate sui curatoris: quod etiam probatur per tex. nostrum, & omnia su- pra dicta, praecipue opinionem glossae nostrae comu- niter approbatam, scilicet, quod haec authentica pro- cedat etiam in iudicijs, na hoc modo potest verifica- ri & exemplificari haec communis opinio gl. Imo etiam si remissio iniuriae cu iuramento fieret, antequam accusatio deduceretur in iudicium, idem esse per no- strum textum ¶ Pro quo etiam facit, quia actio semel extincta amplius non reuiuiscit, vt in l. qui res, §. aerē, ff. de sol. praecipue in actione iniuriarū, quae ipso iure tollitur etiam pacto nudo, vt in l. si ribi decem, §. quaedā, & in l. si vnus, §. pactus ne peteret, in vers. sed si pactus, ff. de pact. & in l. 22. ad fin. tit. 9. part. 7. adde quod etiam si partes pacisci velint postea, vt agi possit, non valeat praedicta pactio, quia remissio iniuriae est res fauora- bilis, vt probatur in d. vers. sed si pactum. ¶ Ex quo text. probatur, quod vulgo dici solet, nempe remissio- nes (hoc est, los perdones;) in causis criminalibus

non debere esse nec posse esse conditionales, q̄ qui- dem intelligenda est hoc modo, vt pacisci non possit, remitto tibi talem iniuriam quam mihi fecisti, hoc ad- ditamento & conditione, si tale quid feceris, vel serua- neris, vel dederis: sin minus, remaneat mihi ius meū (hoc est, actio & accusatio) saluum, vt iterum agere (hoc est, actio possim; Nam hac pactione non obstante, etiam si fides ex parte delinquentis remissa no seruetur, non poterit iterum offensus ad accusationem re- dire, sed compelleretur offensus ad implere promissam; hic est textus expressus in d. §. pactus ne peteret, & in d. vers. sed si pactum, qui profecto est notabilis & menti- tendus ad hoc, super quo tex. in proposito sunt videndi Dd. ibi, praecipue Bart. nu. 26. l. 1. §. 46. & Ioan. Orosc. nu. 66.

Cum haec ergo ita se habeant, consequens est, vt minor viginti quinque annis, maior autem 14. qui inju- riam sibi illatam remittit, & promittit cum iuramento se non contraveniturum ratione minoris aetatis, nec alia quacunq; nullo modo admittatur nec audiatur accusandum de nouo.

Quia minor vel alij persona, quae fungentur vice & iure minoris, non datur nec comperit restitutio ad accusandum, vel crimina proponenda vel obli- cienda, vt tradit Ant. Gomez. in 3. tom. cap. 1. de delictis, num. 7. & Couarr. in practica quast. cap. 26. nu. 4. & Matib. de Affili. decis. Neapolitan. 390. nu. 3. & Felin. in c. fra- ternitatis, numer. 6. fallentia 3. de testib. Greg. Lop. in l. 4. tit. 19. par. 6. gl. 2. Absq; iuramento autem adultus, si habet curatorem, potest cum ipso auctore iuramento remittere iniuriam, si autem est pupillus, non, sed eius tutor, & contra hanc remissionem non restituatur, Ant. Gom. c. de homicid. n. 66. Ant. Menes. in l. transire, n. 65. & 66. C. de transact.

Vterius t in hac materia probata venit opinio Bal. in l. generaliter, col. 2. vers. pone enim, C. de reb. cred. & c. qui tenet per tex. hunc, quod si ciuitas constituit vnum procuratorem seu syndicum ad contrahendum cum iuramento, & ille syndicus contrahat nomine ciui- tatis vel vniuersitatis, & iuret licet, licet tale iurame- tum non operetur, vt si contrahatur, vniuersitas sit periura, quia vniuersitas no habet animam, bene ta- men operabitur, vt aduersus tale contractum no pos- sit vniuersitas petere restitutionem propter iurame- tum, quod dictum est menti tenendum, quia est nota- bile, & quotidianum, vt affirmat, idem sequutus Ma- ran. vbi supra, nu. 63. sequitur etiam Greg. Lop. in l. 6. in l. Mayor. de caroz. 2. annos, ad fi. tit. 19. p. 6.

Quia respublica t & minor aequiparatur, vt in leg. Republicam, C. de iur. Reipub. lib. 11. & in l. 10. tit. 14. p. 6.

Quod tamen t non procedit in Ecclesia fauore i- phus Ecclesiae, secundum Bal. vbi s. & gl. in c. 1. de in integr. restit. lib. 6. vers. contra. & Greg. Lop. vbi s. & Ias. in praesenti, n. 64. qui alios refert ita tenentes, sequitur etiam alios referens Bernar. Diaz de Lug. in reg. 219. §. fallen- tia, fol. 122. refert alios Cur. lun. in praesenti, n. 82. dicens se, non inuenire contradicentem, & tamen ipse cen- set, idem esse dicendum in Ecclesia, quod in republi- ca hoc casu, & sic tenet contrariam opinionem, sed tenenda est superior opinio tanq̄ communis, quan- do quidem non est qui contradicat praeter Cur. cum in hoc casu reperitur priuilegiata Ecclesia magis quam respublica & minor.

Quinimo t idem Ias. num. 62. existimat, idem esse in praetato Ecclesiae, quia licet sit validus contractus per eum gestus tale iuramentum non tollit beneficium restitutionis in integrum, per gl. in d. c. de in integrum restit. lib. 6.

Quod ipse intelligo, quando contractus praetari fuit super re Ecclesiae, vt in d. gl. continetur, & sequitur

Paul. de Cast. hic n. 4. dum dicit, quod praetati contra- ctus Ecclesiae fuit in damnum Ecclesiae, & Bernar. Diaz vbi supra.

Ite adde, t quod si iudex interdicit adulto ne co- trahat, tunc adulti contractus iuramento firmatur, si iudex alia ratione, quam minoris aetatis, id praecipiat secundum Bald. in s. item sacramenta, in fi. de pac. iuram. firm. vbi agit, quid in filio sic interdico a patre, sequi- tur Greg. Lop. in l. 1. gl. si. tit. 11. par. 5.

Sed & adfunt quae plures aliae ampliationes & li- mitationes nostri tex. quas doct. hic & in alijs locis ordinarijs ponunt, ipse vero eas non examinabo, quia praecipua & difficiliora huius materiae dicta & declarata sunt iam supra, reliqua sunt ordinaria & clara: duo tamen pro complemento huius materiae dicam & examinabo, quae rei, de qua agimus, mire concinere videntur.

Primum est quod t rex noster non solum procedit, quando iuramentum expresse apponitur super con- tractibus puberum, sed etiam si expresse no appona- tur, sed minor presens suam fidem super eis; Nam huiusmodi fidei praestatio & interpositio confirmat contractum sicut iuramentum: Ita expresse prebat tex. in c. ad aures, & ibi notant Doct. de his, quae vniuersi- tate causa sunt, in illis verbis, nisi forte iuramento, vel fidei interposita sit firmata. Quem tex. ad hoc notarunt & commendant Ias. in s. item si quis postul. n. 54. l. 1. §. de adi. & Felin. nu. 7. & alij in cap. querelam, de iureiur. & Mat. de Affili. decis. Neapol. 389. relati per Arias Pinel. in l. 1. par. 6. l. 1. n. 13. C. de resom. vend. tenent etiam alij allegari per Couar. in c. quoniam pactum. 1. p. §. 1. nu. 2. de pact. in 6. tenet etiam allegans Capellam Tholosanam, & loquens in terminis nostrae authenticae, sic intelligens eam Auend. in 2. par. c. 27. par. n. 6. vbi agunt, an teneatur pena periurij, qui contraxerit huiusmodi fidei interpositae: te- net etiam Greg. Lop. in l. 6. tit. 11. p. 3. gl. mag. in medio.

Sed Cou. t vbi s. bene quidem distinguit meo iudicio, sequutus doctrinam quorundam Doctorum, tam Juristarum, quam Theologorum, quos ibi ipse refert in hunc modum, scilicet, quod liquidem quis interponat fidem suam humanam, vel eam, quae nobilitatis iure ac titulo conuentionibus accedere so- let pro obseruantia contractus, tunc quidem non est iuramentum haec fidei praestatio, quia non ad Deum, neque ad rem sacram refertur vel praestatur, propterea est natura iuramentis; Si vero fides Christiana interponatur, tunc quia refertur ad Deum, est iuramen- tum, & operatur effectus iuramenti. In dubio autem quando non constat, de qua fide senserit contrahens tunc de humana est intelligendum, ac proinde non erit iuramentum secundum Caietanum, quem ibi refert. Quam distinctionem sequitur Arias Pinel vbi supra, addens, quod si non simpliciter fides, sed bona fides interponeretur, tunc haec verba magis referen- da sunt ad veram & Catholicam fidem, qua ad par- ticularem veritatem loquentis, & sicerit iuramentu, vnde ea, quae supra dixi in principio huius articuli, extendendo text. hunc in contractibus confirmatis fidei interpositione, intelligenda & declaranda sunt, iuxta supradictam distinctionem: & ita etiam debet intelligi tex. in d. c. ad aures, cum similib. quod est sum- me notandum in proposito & in practica.

Ex quibus t infertur, quod cum l. 26 in vers. E. ann. 15 de 25. ius. tit. 11. par. 3. probetur, Que el que hiziere pleyto o menaie a otro de complir alguna cosa si lo fallarece es per- iuro como si lo iurasse, & sic lex illa aequiparat homagiu & iuramentu, quod si minor super contractu interpo- nat homagium forma solita & consueta, firmatur ta- lis contractus, sicut firmaretur cum iuramento: & sic apliatur hoc modo mirabiliter disposicio huius au-